



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CLXIII. Honorius II. Anno Christi 1124. Henrici V. 14. Joan. Comnini 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](#)

riore inita inter Callistum & Henricum confirmata. Imperator receptus in Ecclesia communionem, jus Episcoporum Abbatumque instituendorum dimisit in perpetuum, & bona omnia hactenus ablata Ecclesie Romanae aliisque restituit. Pontifex id concessit Imperatori, ut electiones Episcoporum & Abbatum Regni Germanici sine via monia fierent eo praesente, electaque Regalia id est Feuda, & hujusmodi bona alia a Principibus olim Ecclesiae concessa per sceptrum, aliudve externum signum ab eo aciperant. Integratae præterea execrationes in Nicolatas & Simoniacos: conditi canones ad regendam Ecclesiae disciplinam, & promovendas expeditiones sacras in Palestinam & Hispaniam adversus hostes nominis Christiani. Duos & viginti exhibent vulgare Conciliorum editiones septendecim antiquum Codex MS. Monasterii Anianensis, ex quo illos edidit Baluzius apud Petrum de Mur ad calcem cap. 21. lib. 8. De Concordia Sacerdotii & Imperii. Flerosque in Decretum suum retulit Gratianus, qui hoc saeculo floruit.

## CLXIII.

## HONORIUS II.

ANNO CHRISTI 1124.

HENRICI V. 14. JOAN. COM.  
NENI 7.

**H**ONORIUS II. Bononensis, obscuro loco natus, sed moribus

bus & doctrinâ clarus, antea *Lam* Bar. an.  
*terius* Episcopus Ostiensis, Pontifi 1124. §. 1  
 caum, quem, utope sibi minus ritè 7. 8.  
 traditum, abdicârat, anno 1124. Pag. §. 10.

XII. Kal. Januar. magno omnem  
 consensu recepit. (1) Is. Henrico Bar. an.  
 V. mortuo sine stirpe sexus virilis, 1125. §. 1  
 Germaniae Regnum tradidit Lotha Pag. §. 10.  
 rio Saxonie Duci, Federicum verò  
 & Conradum post avunculi Henrici  
 decessum affectantes Imperium, ob  
 eamque rem Lotharium Regem ar-  
 mis persequentes, usu sacrorum in-  
 terdixit. Hinc Anselmo Mediola-  
 nensem Archi-Præsuli, qui Con-  
 rado Italici Regni coronam Modoë-  
 tiæ imponere ausus fuerat, abroga-  
 vit Archiepiscopatum. Rogerium Bar. an.  
 quoque Siciliæ Comitēm, quod Gu. 1127. §. 1  
 lielmo II. Apuliae Duce vitâ defua-  
 sto regionem illam invasisset, ite-  
 rato anathemate damnavit, nullisque  
 muneribus ac pollicitationibus po-  
 tut perPELLi, ut latam sententiam re-  
 vocaret. Demum flecti se passus est,  
 & Rogerium exemplum vinculo ana-  
 thematis, Ducemque Apuliae consti Bar. an.  
 tutum, beneficiarium Ecclesiæ fecit, 1128 §. 1  
 eâ lege, ut Beneventum accedens Pag. §.  
 5. 7. 9.

Ss 2

fidem 4. 5.

fidem sibi, *hominio* præstito & jure  
jurando interposito, obligaret. (1)  
Benevento Romanum regressus paulo  
post moritur, anno 1130. XVI. Kal.  
Martii, cum annos quinque, mensis  
& dies viginti quinque summus Praes-  
fuisset gentium Christianarum.

### ANNOTATIONES.

(1) Post obitum Callisti II. statim habu-  
comitia Pontifici creando. Invitus & rebus  
etans Pontifex factus *Theobaldus* Presbyter  
Cardinalis S. Anastasiæ nomine *Celestini* II.  
Quæ electio cum Leoni Frangipanio aliquo  
non probaretur, *Lambertum* Cardinalem  
Episcopum Ostiensem Pontificem legerunt.  
Schismati averruncando *Theobaldus* qui  
die Pontifex dictus est, eodem cessit Ponti-  
ficatu. *Lambertus* quoque videns, feore-  
tum lectione prayâ, post dies septem Ponti-  
catum deposituit. Tum Cardinales admirari  
sumam hominis modestiam, eum pro vero  
legitimo Pontifice habendum decreverant.

(2) Voce hac *hominio* utuntur hujus rei  
scriptores apud Baronium, & Pagium loc.  
cit. Est autem *Hominium pro Emenda-*  
*vel pro pace habenda, vel pro debito lo-*  
*vendo; cum quis criminis alicuius ren-*  
*cum eo, quem offendit, vel illius han-*  
*dibus, ita pacificatur, ut quoad vixerit;*  
*vasallus illorum sit, eoque nomine homini-*  
*um ius praestet.* Ducangius in Glossario.

CLXIV.